



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Virtvtes Theologicæ. Libro Triplici Fidei, Spei, & Charitatis materias expono

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Cap. 3. De præcepti Charitatis erga proximum obligatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80695](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80695)

hunc amorem esse amicitia, & cum amicitia
hac, & hic amor Deum respiciat non ut no-
bis bonum, sed propter se ipsum, hinc est,
amorem hunc non esse concupiscentia, sed
benevolentia. Diu. Thom. 2. 2. *questione*, 23.
articulo primo. Azorius *tomo primo, libro nono,*
cap. 3. qu. 2.

Charitas est omnium virtutum excellentis-
sima, & perfectissima, 1. *Corinth.* 13. *Tria*
virtutum hac; maior autem Charitas. Quia inter omnes
excellens- Virtutes, Theologales sunt perfectiores: at,
ut ait Apostolus, Charitas est Fide, & Spe
maior: ergo erit omnium virtutum perfectis-
sima. Diu. Thom. 2. 2. *questione* 23, *articulo*
octavo, & communiter omnes Doctores Cha-
ritatem omnium virtutum formam appellant,
non quidem intrinsecam, cum vnaqueque
virtus habeat suam intrinsecam formam: sed
extrinsecam perficietem aliis virtutibus in ordi-
ne ad vitam eternam.

Porro duplex est Charitas, vna erga Deum,
Duplices, altera erga proximum. Quia bonitas, quæ est
erga obiectum formale Charitatis, potest duplici-
Dens, altera, ter considerari. Primò, ut est in se ipsa im-
participata, & sic est ratio Deum diligendi.
Secundò, ut est in creatura rationali per par-
ticipationem, & sic est ratio diligendi proxi-
mum. Omnes sic.

Iam vero duplex est Charitatis obiectum,
Duplices, alterum materiale, & quod: alterum formale,
Charitatis & sub quo: sicut in aliis habitibus, ac virtu-
tibus contingit. Obiectum præcipuum mate-
riale, & quod, est Deus minus præcipuum,
quod Deus & secundarium est proximus. Proximi autem
nomine intelligitur omnis creatura rationalis,
quæ est capax beatitudinis. Homo diligen-
dus est primario quoad animum, secundario
etiam quoad corpus. Bona spiritualia perti-
nent ad obiectum Charitatis, ad quam etiam
reducuntur omnes res inanimata, ut ad pro-
ximum pertinent. Diu. Thom. 2. 2. *questione*
25, *articulo* 10. Theologi in *terti. distinct.* 18.
Suaris *disputatione prima, de obiect. Charitat.*
sestione prima, numero quarto septimo octavo,
& nono.

Dens autem sub ratione boni propter se
Formale, ip. amabilis, seu propter se continet absolutam excel-
lentiam sub lentiam in omni genere perfectionis, est obiectum
rationis boni formale & ratio sub qua Charitatis. Quia
per hoc distinguitur Charitas in se, & ab aliis
virtutibus: Spes enim respicit Deum propter
nobis bonum, Fides propter nobis verum, Charitas
vero ut in se, & propter se bonum. Et cum
Deus amari possit amore naturali, propter est
author naturæ: & amore supernaturali, seu
Charitate infusa: amoris naturalis erit obiectum
propter dicit bonum summum naturæ ac
commodatum, & habens cum illa necessariam
connexionem; Charitatis vero, seu amoris su-
pernaturalis erit summa bonitas excedens hu-
manæ naturæ ordinem, ut nullam habeat cum
tali naturæ connexionem, sed propter est prorsus
alterius ordinis. Suar. *de obiecto Charit. d. 1. sect.*
2. legendus.



CAPVT II.


De Præcepti Charitatis erga Deum obligatione.

DE fide certum est, dari de Dei di-
lectione præceptum. Deut. 6. *De fide est*
Diliges Dominum Deum tuum, dari Cha-
Matth. 17. Hoc est primum, & vitatis erga
maximum mandatum. Quia Deum præ-
amor Dei est necessarius ad salutem: quod
autem est ad salutem necessarium, est
præceptum. Hoc autem præceptum non
non continetur expresse in Decalogo, sed est
præuium, & præambulum ad illud includitur
tamen virtualiter in omnibus, quatenus ex
hoc præcepto omnia, quæ ad primam tabulam
spectant, facile colliguntur. Valentia *tom. 3. qu.*
19. punct. 1. Palao de Charitat. tractat. 6. disput.
1. punct. 2.

Duplex Charitatis præceptum à Doctori-
bus constituitur; vnum negatiuum, quo ne
Deum odio habeamus, prohibemur; alterum
affirmatiuum, quo præcipimur, ut actu Chari-
tatis, ac dilectionis Dei aliquando eliciamus.
Profecto Charitatis præceptum aliquando ob-
ligat per se, aliquando per accidens, seu ratione
alterius. Præceptum negatiuum dilectionis
Dei semper, & ad semper obligat: unde nun-
quam possumus Deum odio habere, & tenemur
in quacumque temporis differentia Deum
odio non habere. Quia Dei odium est intrin-
sece malum, & peccatorum omnium maximum.
Omnes sic.

Præceptum hoc affirmatiuum per se obligat,
quando quis ad usum rationis pervenit, Et
quando grauius contra Charitatem tentamina
assurgunt. Et semel in anno, aut saltem quinto
quoque anno. Non tamen est certum, in arti-
culo mortis obligare. Et quando quis tenetur
ad veram poenitentiam extra Sacram. Filliucius
tr. 22. m. 188. Sanch. l. 2. Decal. c. 1. n. 3. Bonacin.
tom. 2. d. 3. punct. 3. num. 8. Villalob. p. 1. ar. 3. diff.
2. num. 5.

Præceptum hoc affirmatiuum, per accidens
obligat. Quando adest mortis periculum. Quan-
do quis recipit, vel ministrat Sacramenta, quæ
hominem in gratia requirunt. Et quando quis
tenetur aliquod opus gerere, ad quod non po-
test sese sine Charitate preparare. Filliuc. *tr. 22.*
num. 291.



CAPVT III.

De Præcepti Charitatis erga pro- ximum obligatione.

Datur præceptum naturale dilectionis
proximi. Quia recta naturalis ratio di-
cat, proximum propter se, quatenus
homo est, diligendum esse, ei scilicet, bo-
naturale dili-

11

na

OBAR
Mor.
VI. VII.
IV

gend. pro-
ximum.

na naturalia desiderando. Hic autem amor potest esse benevolentia, & amicitia, quo eum propter se abque nullo nostro commodo diligimus: vel concupiscentia, quando scilicet eum propter nostram utilitatem amamus. Vterque bonus, si bene ordinatus: malus uterque, si male ordinatus fuerit. Azorius *tomo secunda, libro duodecimo, capite quinto, questione quinta*, Navar, quem citat, & sequitur Trullench. *libro primo, Decalogi capite quinto, dubio quarto, numero tertio*.

12
Est prece-
ptum divi-
num super-
naturale.

Datur etiam præceptum divinum, ac super-
naturale charitatis, quo supernaturali amore
proximum diligere tenemur. *Matth. 22. Secun-
dum autem simile est huic: Diliges proximum
tuum sicut te ipsum. Et Joann. 13. Dominus ait:
Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem
sicut dilexi vos. At Christus dilexit nos super-
naturali amore: ergo eodem nos invicem dili-
gere tenemur. Vnde propter se ipsum, & non
nostri causa est proximus diligendus. Particula
autem illa, Sicut te ipsum non dicit æqualita-
tem, sed similitudinem. D. Thom. 2.2. *quest. 44.
art. 2. Bannes, & Theologi communiter. Est et
de fide.**

13
Distinctum
est a præce-
pto Deum
diligendi.

Distinctum est hoc præceptum à præcepto
Deum diligendi, & à septem secundæ tabulæ
præceptis. Quia postquam Dominus *Mat. 22.*
mandatum de diligendo Deo expressit, subdidit
*Secundum autem simile est huic: Diliges proximum
tuum. Non vero continetur hoc præceptum in
Decalogo. Quia est nimis generale, & com-
mune. Reducitur tamen ad illud tanquam
principium ad suam conclusionem. D. Thom.
2.2. *quest. 44. art. 2. & 1.2. *quest. 100.
art. 3. ad 1.***

14
Quatenus
est negativum
obligat sem-
per, & pro
semper.

Certe quatenus hoc præceptum est nega-
tium, obligat semper, & ad semper, seu in
quacunque temporis differentia. Quia nun-
quam possumus excludere proximum etiam ini-
micum nostrum ab amore, quo Deum, & pro-
ximum in genere diligimus, nisi fiat iam damna-
tioni addictus. *Diu. Thom. 2.2. *quest. 25.
articul. 8. & 9. Navarr. cap. 14. numero octavo,
& nono.**

15
Quando non
obligat, qua-
tenus est af-
firmativum.

Præceptum vero affirmativum diuine Cha-
ritatis erga proximum obligat: Quando gra-
ves odij tentationes circa eum amorem inter-
num exurgunt, & sine huiusmodi actu amoris
nequeunt superari. Quando inimicus veniam
petit, tunc enim debet quis odium deponere,
& cum ipso reconciliari. Quando proximus in
extrema necessitate constitutus talis amoris
nostri actu indiget, ut salutem spiritualem, vel
temporalem consequatur: verbi gratia, si ne-
cessitas administrandi Sacramentum ei, qui ex-
trema necessitate laborat, vel alia similis causa
ad id compellat. Actu vero externo tunc hoc
præceptum obligat, cum proximus in extrema
necessitate constitutus indiget nostro auxilio,
vel consilio ad gratiam, & salutem æternam
consequendam: verbi gratia, si infans, aut men-
te captus, aut etiam mentis compos sine Ba-
ptismo iam esset obituros: vel si quis à nobis
postularet auxilium, vel administrandum, sine quo
probabiliter damneretur. Tunc enim dilectio
interna non sufficit, sed requiritur actus exter-
nus dilectionis, quo spirituali proximi indi-
genti succurratur. *Lorca 2.2. *quest. 54. secti.**

3. *disputation. 18. numer. 10. Filliucius tractat.
28. numero undecimo, Navarr. capite 14. nu-
mero nono, Azorius tomo secundo, libro duodecimo
cap. 5. qu. 3.*



CAPVT IV.

De Inimicorum Dilectione.



16
De fide est,
dari præce-
ptum de
inimicis di-
ligendi.

ERTVM de fide est, dari præce-
ptum de inimico diligendo. Quia
etiam ipse est proximus noster,
utpote capax eiusdem beatitudi-
nis. Est autem hoc præceptum
tuum naturale, tum divinum. Naturale quidem,
quia odium ex sua natura naturæ rationali re-
pugnat, & est per se malum, quatenus perso-
nam respicit: nec potest quis propria autori-
tate iniurias ulcisci. Divinum autem tum in
lege veteri, tum in nova. In veteri quidem con-
stat ex *Levit. 9. Non oderis fratrem. Proverb. 25.
Si esurierit inimicus tuus, ciba illum. In nova
autem *Matth. 5. Ego autem dico vobis: Diligite
inimicos vestros. Vbi confirmatur vetus, & tria
ibi præcipiuntur, dilectio, beneficentia, & ora-
tio pro inimicis. Omnes sic. Lege Castro Pa-
lao de Charitat. tractat. 6. disposit. 1. post.
6. num. 2.**

Nunquam potest offensus, inimicum à gene-
rali proximorum dilectione excludere. Vnde si
quis oret communiter pro omnibus, excludo
inimico, peccat. Quia quamvis ad orandum
nullo præcepto cogatur, tamen eo ipso quo pro
omnibus orat, nequit, tuta conscientia, inimicum
excludere: est enim odij signum. Palao
de Charitat. tractat. 6. disp. 1. pun. 6. Satis tamen
est præparatio virtualis, ut scilicet, non habeat
quis contrarium voluntatis actum, quo inimi-
cum à generali dilectione excludat. Quia si
inimicum non excludat, hoc ipso, quod omnes
communiter diligit, etiam virtualiter diligit inimi-
cum. *Filliucius tractat. 28. numer. 17. D. Tho.
2.2. *quest. 25. artic. 8. & 9. Caietan ibi. Sylue-
ster verb. Charitas, q. 6. Navarr. summ. cap. 14.
numero 25.**

Tenemur, inimico signa communia dile-
ctionis exhibere. Vnde ex suo genere huiusmo-
di signorum subtractio est grave peccatum. Le-
uitas tamen materie, vel alia rationabilis causa,
ut si fieret ad correptionem, poterit excusare,
Syluest. verb. Charitas, questione sexta, Na-
varra *summ. capite 14. numero 25. Filliucius
tractat. 28. numero 17. Trullench. libro primo,
Decalogi capite quinto, dubio quinto, nu-
mero quinto.*

Communiter loquendo, non tenemur signa
specialia amoris inimico exhibere. Quia lun-
hec de consilio. Sicut enim non tenemur, com-
muniter loquendo diligere inimicos actu for-
mali, & particulari, ita nec signa dilectionis in
actu particulari ostendere. Deponendum tamē
est odium internum, alioquin periculosum esset,
ne ex odio interno talia signa subtrahantur,
vel certe ne odium nutriatur, aut crescat. *Ang-
el. & Armil. v. Indignatio.*

Dial,